Primo in hoc loco xp̄us cū diſcipu-
lis ſuis cenauit et primū paſca cele-
brauit et teſtamentum poſuit et tra-
ditionē reuelauit. Ibi dilectus ſuus
ſuper pectus eius recubuit et celorū
ſecreta potauit. et ibidem xp̄s diſci-
pulorum pedes lauit lintheo terſit et
dn̄s et magiſter diſcipulis exemplū
humilitatis donauit Ipm locū etiā
xp̄s in humanitate ſepius viſitauit
et in eodem poſt mortem diſcipulis
ſuis ianuis clauſis apparuit et ibidē
denuo viſus thomas digitos in lat⁹
eius miſit incredulus. In hoc etiā
loco beata maria et diſcipuli ipo die
penthecoſtes ianuis clauſis ob metū
iudeorum cōſedentes et dolentes ſpi-
ritum paraclitum receperūt. In hoc
etiam loco ſanctus mathias in apo-
ſtolū mirifice eſt electus. In hoc etiā
loco beata maria poſt paſſionem dn̄i
frequenter habitauit. et in ipo loco
ſpirituȝ filio ſuo tradidit et ibidem
omnes diſcipuli miraculoſe cōuene-
runt. In hoc etiam loco ille diſcipu-
lus dilectus beate marie miſſam ce-
lebrauit pluries et ibidem cū ſancta
maria et ſancto luca vſqȝ ad mortem
beate marie virginis habitauit. In
hoc loco ſanctus ſtephanus int̄ ny-
codemū et abibon fuit ſepultus. In
hoc etiam loco dauid cum ſalomonē
et ceteri reges iuda ſunt ſepulti et ſe-
pulchra eorū in hodiernū diem. In
hoc monaſterio nūc degunt fratres
minores qui temporib⁊ meis a regi-
na ſaucie regis roperti neceſſaria ha-
buerunt et ibidem diuinū officiū de-
uote et aperte celebrant qȝ non licet
eis ſarracenis in publico p̄dicare et
corpora mortuorū abſqȝ licentia offi-
ciatorum ciuitatis ſepelire. Et idem
fratres temporib⁊ meis fuerunt va-
lentiſſimi viri. Nam ipos peregrini
mercatores et etiam ſarraceni multū
cōmendabant qȝ multa bona facie-
bant. In pede hui⁹ montis ſtat for-
tiſſimum caſtrum qd̄ caſtrum dauid
vocatur et adhuc a temporib⁊ dauid
creditur permanſiſſe. Nam cū per
tytum et veſpaſianum ciuitas erat
deſtructa tūc mons ſyon et caſtrum
fuerunt extra ciuitatē ſita. Hoc ca-
ſtrum quondam patriarcha iheruſa-
lem obtinebat. Sed nunc ab officia-
to ſoldani inhabitatur et ab ipſo et
ſtipendiariis diligentiſſime cuſtodi-
tur. In pede huius montis eccleſia
eſt ad ſanctum ſaluatorem appellata
in qua eſt lapis quem angelus de ſe-
pulchro domini proiecit qui lucide
ibidem demonſtrat̄. Iuxta hūc etiā
montem ſanctus iacobus maior fuit
decollatus. et in ipo loco eccleſiā eſt
conſtructa in qua nunc eſt arepiſco-
pus armeniorum canonicē ad fidem
romanam ſe habentes. In iheruſalē
eſt eccleſia que ad ſanctā mariam la-
tinam vocatur. Et in iheruſalem ſūt
q̄plurime ſciſmaticorum et heretico-
rum eccleſie et capelle et q̄plurima
alia loca oratoria gracioſa.

De monte caluarie

Ceterum ſupra montē calua-
rie eſt ſepulchrū xp̄i in quo
magna et pulcherrima eccle-
ſia eſt cōſtructa marmore et ope mu-
ſaico et picturis et aliis ornamentis
nobilit̄ decorata et habet turres ante
et ſupra chorum et deſuper aperta q̄
eſt ſepulchrum xp̄i ſubtus. Hec ec-
cleſia cathedrali eccleſie monaſterieñ
in weſtfalia intus eſt multuȝ ſimilis

et ſpecialiṫ in choro. In hac eccleſia
ꝓpe chorū verſus meridiem eſt mōs
caluarie in quo crucifixus eſt ihesus
Ad hunc montē intra eccleſiā per ali-
quos gradus aſcendiṫ et extra ciui-
tatē per alios gradus quondā aſcē-
debaṫ ſed ipa ianua nūc eſt obſtru-
cta. Hic mōs eſt rupis duriſſima et
ſubtus montē eſt capella nubianorū
rupe et petra exciſſa. ſupra montē cal-
uarie etiam eſt capella ad quā ab in-
tra aſcendiṫ vt dixi. et in loco vbi cru-
cifixus erat ihesus eſt foramen quo
crux erat impoſita et ſciſſure rupis
et petre tempore paſſionis xpi fracte
adhuc patent euidenṫ. In eadem ca-
pella etiā ſepulti ſūt illi glorioſi prin-
cipes gotfridus dux de bolin et bal-
dewinus ſuꝰ frater primi reges ihe-
ruſalem xpianꝫ qui terrā ſanctā cum
maximis laboribꝫ acquiſiuerūt et re-
ceperunt et poſſiderunt et ſarracenis
ineſtimabilia dāpna intulerūt et xpi-
anitati ꝙplurima bona fecerunt. Et
bene mirandū ꝙ ſarraceni ſepulchra
et corpora eorū intacta tam honori-
fice quieſcere permittunt q̄ eis tot et
tanta mala intulerūt et ipis vniuer-
ſam terrā ſanctā abſtulerūt. idem glo-
rioſi principes conſtituerūt ꝙ nullꝰ
rex iheruſalem coronā aureā portare
debeat ſed coronā ſpineā et ſucceſſo-
res eorū ſeruauerūt in p̄ſentem diem
In hoc caluarie loco omni die legiṫ
paſſio xpi dum degunt ibi xpiani vt
in ordinario eorum bene legitur. ꝓpe
montē caluarie eſt locus vbi mater
dn̄i et ille mulieres et ille diſcipulꝰ
ſteterunt et ibidem ihesus matrē ſuā
diſcipulo cōmendauit dicens Mu-
lier ecce filius tuus. Ante ianuā cho-
ri verſus meridiem eſt lapis niger et
locus ſuper quem poſuerunt corpus
xpi dn̄ de cruce fuit receptū et in lin-
theo illud inuoluerunt.

¶ De ſepulchro domini.

Ante chorū verſus occidentē
ꝓpa duplex ſtat ecclia ſiue
capella que quaſi tres ianu-
as habet et in ea tria altaria ſtetiſſe
videntur. De hac priori capella in-
tratur ad aliam capellam in qua eſt
ſepulchrum xpi per ianuam tā par-
uam et dimiſſam ſemicirculariter fa-
ctā ita ꝙ per ipm intrare oportet cur-
uato dorſo. Hec capella in modum
ſemicirculi eſt teſtudinata nullam ha-
bens feneſtram et in ea eſt ſepulchrū
Huius capelle longitudo et ſepul-
chri ſunt circa nouem palmas. latitu-
do capelle circa ſeptem palmas. Se-
pulchrum xpi eſt integro lapide ex-
ciſſum. ſed ne a peregrinis maculeṫ
eſt aliis lapidibꝫ marmoreis albis cir-
cūpoſitum et lapis quo ante in latere
eſt circūpoſitus eſt tribꝫ foraminibꝫ
perforatus et per iſta foramina verū
ſepulchrū et verus lapis oſculatur et
ille lapis quo ſepulchrū eſt circūpo-
ſitū. eſt vero ſepulchro tam ſubtiliter
coniunctꝰ ꝙ ignorātibꝫ vnꝰ lapis eſſe
videṫ. q̄re credo ꝙ in aliq̄ eccleſia nō
ſit de lapide veri ſepulchri. nā omibꝫ
iſtis que audiſtis exceptis in dilige-
ntiſſima habentur cuſtodia. Nam
ſi ſepulchrum xpi per grana vel are-
nā poſſet deportari vltra longa tem-
pora ſi maximus mons eſſet fuiſſet
deportatū nec vna arena permanſiſ-
ſet. Ceterū de lampadibꝫ et lumina-
ribꝫ que dicunṫ eſſe circa ſepulchrū
ſanctū dico oīno lāpadē nullā vł lu-
minare circa ſepulchrū xpi. ſꝫ degunt